Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Apud alexandriam: natale beati metrani martiris: quem nolentem impia verba proferre ad iussionem paganorum. omne corpus eius fustibus colliserunt: vultumque. et oculos. acutis calamis terebrantes. extra urbem eum cruciatibus expulerunt: ibique spiritum qui in eo superat lapidibus eiecerunt. Item alexandrie: sanctorum martirum saturnini: tirsi: et victoris.

Natale beati ignacij epi et martiris: qui tercius post petrum aplm anthiochenam rexit ecclesiam. ac persecucione trayani imperatoris romam vinctus mittitur: ubi pnte eodem circumsedente senatu. in manissimis penarum supplitijs primo affectus: deinde leonibus obititur: eorumque dentibus pfocatus hostia xpi effititur. Apud smirnam: sancti pionis martiris: qui post squalorem carceris. ubi multos fratrum ad tolerantiam martirij suis exhortacionibus roborauit: cruciatibus multis vexatus: clauis confixus. et candenti rogo superpositus: beatum pro xpo vite finem sortitus e. Passi sunt eciam cum eo et alij duodecim. Eode die: beati effrem edissene ecclesie diaconi. In oppido trecassino sancti pauli epi: cuius vita virtutibus claruit: et mors preciosa miraculis conmendatur. Apud scociam sancte brigide virginis: que cum lignum altaris tetigisset in testimonium virginitatis sue: statim factum e viride. Ipso die: sanctorum eporum policarpi

Kalendas februarij. j. dies Februarij